



Sammelband G.

Nr.

- 1.
- 2.
- 3.
- 4.
- 5.
- 6.
- 7.
- 8.
- 9.
- 10.
- 11.
- 12.
- 13.
- 14.
- 15.
- 16.
- 17.
- 18.
- 19.
- 20.
- 21.



D. XLIX.
DISPUTATIO PUBLICA
DE
PIGNORIBUS
ET HYPOTHECIS.

1165.
26a

Quam
DEO PRÆSENTE
Consensu & permissu
Nobilissimæ & Amplissimæ Facultatis Ju-
ridicæ in incluto Athenæo Branden-
burgico

SUB PRÆSIDIO
Clarissimi & Consultissimi VIRI
D N.

JOHANNIS NEANDRI
Rastenburgens: Borufs:
J. U. D.

presentandam proponit in auditorio Jctorum,
ad diem 4 Sept:

CHRISTOPHORUS SCHILLING,
VRATISLAVIENSIS
Horis ~~et locis~~ solitis

ANNO
cIo Io CXIX.

Literis
Friderici Hartmanni,



166.

Amplissimo & Spectatissimo

Viro Dno.

JOHANNI HERMANNO

Laudatissimæ Reip. Vratislaviensis

Senatori vigilantissimo.

Nec Non

Honestissimo & Integerrimo

Viro Dno.

SEBASTIANO Grewitz/civi

& mercatori primario.

*Patronis & affinibus atatem hono-
randis*

*In debitæ observantiæ & amoris
signum.*

Ex incluta Viadrina

Mittit.

Author & Respondens.

I.



Dignus alias significat rem pignori datam *l. 3. l. 4 l. 8. § 3 l. 13. ff. de pignor. actio. § fin. Inst. quib. mod. re contr. oblig. & in rub. ff. & C. de distract. pign. alias jus in re quod creditor ex conventionem & obligationem acquirat, cuius virtute exercet Servianam, vel quasi Servianam § 7 Inst. de act. l. 1. in pr. ff. de pign. act. l. 16. § 5. l. 7 ff. de pign. tot. tit. quib. mod. pign. vel hypoth. sol. & in quib. caus. pign. vel hypoth. tac. contrah. alias contractum pignoratitium l. 1. in pr. ff. de pign. act.*

I. Vocatur quoque hypotheca *l. 5. § pen ff. de pign. facit l. 1. in pr. ff. de pign. act. l. 17. § 2. ff. de pact.* Quæ duo tamen differunt; pignus quippe in specie & quidem proprie est cum res maximè mobilis creditori datur, ejusque possessio ad creditorem transit: quod & notatio nominis indicat, derivatur enim à pugno quia res quæ pignori dantur manu traduntur. Dd. proprium appellant. Hypotheca autem est pignus rei non traditæ quod ex nuda conventionem tenetur § 7. Inst. de act. l. 1. l. 9. § 2. ff. de pign. act. l. 33. § 4 § l. 44. § 5. ff. de usucap. l. 4 ff. de pign. l. 238. § 1. ff. de V. S. Dd. improprium vocitant *Mozz. de pign. c. 1. num. 9.* Quantum verò ad usum & effectum id est obligationem & actionem nihil interest.

III. Definitur pignus contractus *l. 4. l. 11. § 2. ff. de pign. act. l. 1. in fin. ff. de pact. l. 14. ff. de pign. l. 23. de R. I. § fin. Inst. quib. mod. re contr. obligat. nominatus d. l. 1. § fin. l. 7. § 1. ff. de pact. realis d. § fin. Inst. quib. mod. re contr. obl. l. 1. § 6. ff. de O. & A. quo creditori jus in re constituitur ut debitum sit ipsi tanto tutius d. § fin. l. 1. § 9. ff. de collat. l. 9. in fin. ff. de suppell. leg.*

IV. Dividitur in Generale & Speciale; utrumque vel tacitum vel expressum.

V. Generale est cum cuncta debitoris bona obligantur: tam præsentia quam futura *l. 1. in pr l. 15. § 1. ff. de pign. l. 2. C. eod. l. ult. C. de remiss. pign. l. fin. C. que res pign. oblig. poss. vel non. licet de his inter partes nihil sit actum d. l. fin. & comprehendit merces venales l. 34. ff.*

de pign bona emphyteutica l. 31. ff. eod. corpora pecuniæ l. 34. § f. n. ff. eod. nomina, jura & actiones l. 4. C. que res pign. oblig. poss. l. 3. l. 7. C. de hered. vend. Si verò sigillatim bona mobilia aut immobilia obligata sint tunc ista non contineatur quia neque mobilibus neque immobilibus rectè annumerantur arg. l. 7. § in peculio ff. de pecul. l. 15. § 2 ff. de re jud. potiusque videtur specialis hypotheca esse quam generalis Cravett. consil. 381. nu. 3.

VI. Excipiuntur nihilominus ea quæ verisimiliter quis speciatim non fuisset obligaturus ut sunt, suppellex, vestis, concubina, filij naturales, alumni ac omnia per quam necessaria & ad affectionem pertinentia l. 6. l. 7. l. 8. ff. de pign. l. 1. C. que res pign. obl. poss. Item prohibita alienari sub pœna ut feudum c. 1. de prob. feud. alien. per Frid. bona subjecta restitutioni fideicommissariæ sive pure sive conditionaliter l. fin. § 2. C. comm. de leg. bona heredis l. 29. in pr. ff. de pign. res dotales arg. l. un. § 15. C. de rei ux. act. pr. Inst. quib. alien. lic. jus patronatus c. cum Bertholdus extr. de sent. & re judic.

VII. Speciale est cum certa bonorum pars duntaxat obligatur l. 1. in pr. l. 15. § 1. ff. de pign. l. 4. § 4. si quis caut. in jud. & c. Etiam si autem in rebus certis consistat accessiones tamen rerum oppignoratarum & quæ inde nascuntur ad illud spectant, ut obligato prædio fructus quoque obligati censentur atque accessiones per alluvionem l. 1. C. de part. pign. l. 26. § ult. l. 29. § 1. l. 16. & ibi Goib. ff. de pign. l. 3. C. in quib. caus. pign. tac. contrah. l. 18. § 3. ff. de pign. act. Obligato mancipio partus ejus, pecoribus obligatis foetus ipsorum d. l. 1. & ibi Cuj. in parat. quæ intelligenda secundum distinctionem d. l. 29. § 1. area pignori obligata ædificium quod area imponitur pignori tenetur l. 16 § 2. l. ult. ff. de pign. l. 21. ff. de pign. act. nuda proprietate oppignorata, ususfructus qui postea accedit, pignori est l. 18. § 1. ff. eod. taberna obligata non solum eæ merces quæ tempore conventionis in ea reperiuntur sed & postea illatæ l. 34. ff. de pign.

VIII. Expressum quod etiam manifestarium dicitur l. pen. ff. in quib. caus. pign. tac. contrah. expressè ab homine constituitur l. 3. C. eod. idque publicè vel privatim l. 1. C. de pign. l. 26. ff. de pign. act.

IX. Publicè puta jussu & autoritate magistratus, quod subdividitur in Prætorium & Judiciale.

Præto-

1269.
X. Prætorium est cum rei servandæ causa quis à Magistratu in possessionem mittitur l. 26. ff. de pign. act. l. fin. C. de prat. pignor. l. 14. l. 33. ff. de bon. aut jud. possid. l. 5. l. 9. C. eod. & tot. tit. qu. b. ex caus. in poss. eat. Clariss. & Consultiss. Dominus D. Val. Guil. Forst. præceptor. meus suspiciendus. p. 1. disp. 3. tb. 6.

XI. Judiciale est, quod rei judicatæ & sententiæ exequendæ causa à magistratu capitur l. 15. § 7. ff. de re jud. & t. t. C. si in caus. jud. pignor. cap. Quomodo hæc duo differant docet Cuj. in parat. C. eod.

XII. Quod privatim, non publica autoritate constituitur sed à domino pignoratæ rei datur l. 6. C. si alien. res, & voluntarium dicitur. Estque vel merè conventionale vel testamentarium.

XIII. Testamentarium est cum testator rem aliquam jubet esse creditori pignori l. 26. ff. de pign. act. l. 9. ff. de ann. leg. l. 12. ff. de alim. leg. l. 8. § 15. ibi: nam nec pignus ff. de transact.

XIV. Conventionale est quod expressa conventionione debitoris & creditoris l. pen. ff. in quib. caus. pign. vel hypoth. tac. & c. l. 1. in prin. ff. de pign. act. § ult. Inst. quib. mod. re cont. obl. non tantum inter præsentis sed etiam literis inter absentes l. 23. § 1. l. pen. § 1. ff. de pignor. constituitur.

XV. Tacitum est quod sola lege inducitur l. un. § 1. C. de rei ux. act. l. 6. § ult. C. de bon. qua lib. l. 3. C. in quib. caus. pign. tac. contr. alias nominatur quasi pignus l. 34. ff. de dam. infect. à Dd. Legale Mozz. c. 2. num. 23. dicitur etiam esse vice pignoris l. 1. C. in quib. caus. pignor. vel hypoth. & veluti pignoris titulo l. 2. C. eod. Et tantum locum habet in casibus jure expressis gl. in fin. l. 2. ff. de priv. cred.

XVI. Tale pignus injure expressum habet I. Fiscus in bonis debitorum ex causa tributorum & contractuum. l. 1. l. 2. l. 4. C. in quib. caus. pignor. tac. cont. l. 1. in fin. C. si propt. publ. pens. vend. celeb. fuer. l. 46. § 3. ff. de jur. fisc. l. 10. ff. de manum. non ex causa delictorum aut poenarum l. 7. l. 6. ff. de jur. fisc. l. un. C. pæn. fisc. cred. prefer. nec tacitam hypothecam habet cum privato succedit l. 10. ff. de pact. l. 16. de jur. fisc. II. Mulier in bonis mariti etiam futuris l. 6. § 2. C. de secund. nupt. causa dotis l. un. C. de rei ux. act. l. 12. C. qui pot. in pign. § fuerat 2. Instit. de action. l. 30. C. de jur. dot. ut & causa paraphernorum & donationis antenuptialis l. ult. C. de pact. conv. l. 29. C. de jur. dot.

non verò causa alimentorum *Fachin. l. 12. controu. 33.* Bona tamen
 feudalia mulieri, non sunt tacitè hypothecata *Spec. de pign. § 1 n. 39.*
 Et e contrario maritus in bonis promittentis dotem *l. un. C. de rei
 ux. act. & uxoris si dos aut non præstita sit aut evicta d. l. un.* III. Pu-
 pilli in bonis tutorum & curatorum *l. 20. C. de administr. tut. l. un.*
 § 1. *C. de rei ux. act.* & quivis alii qui reguntur ab his & quorū bona
 administrantur in rebus administratorum *d. l. 20. l. 19. § 1. l. 20. l. 21. l.
 22. l. 23. de reb. aut. jud. poss. l. 15. § 1. de curat. fur.* IV. filii impuberes in
 bonis matris *Nov. 22. c. 40. Nov. 94. c. 2. l. 6. § pen. C. de sec. nupt. & se-
 cundi mariti cui mater nupsit, quæ ipsorum tutelā susceperat, non
 petito alio tutore nec restituta tutela l. pen. C. in quib. caus. Sc. l. 2. Sc
 ibi Gotb. C. quan. mul. tut. off.* V. Pupilli in rebus pecunia ipsorum
 comparatis *l. 3. ff. de reb. eor. qui sub tut. vel cura. l. 6. C. de serv. pignor.
 dat. manum* VI. creditor in ipsa domo ad cujus refectionem pecu-
 niam credidit *l. 1. ff. in quib. caus.* porrigiturque ad eum qui suis
 sumptibus ultro ædificat domino in refectione ædium cessante
l. 52. § 10 ff. pro Soc. Cuj. 19. obs. 20. in aliis verò rebus locum non ha-
 bet *Don. de pign. c. 4.* VII. Locator in illatis investis in prædium
 urbanum pro pensione & damno *l. 2. l. 3. l. 4. l. 6. ff. in quib. caus. pig. l. fr.
 C. eod. l. 4. ff. de pact.* Excipiuntur libri studiosorum & res alienæ
argum. l. 6. ff. de pignor. VIII. Locator in fructibus in fundo loca-
 to natis, ob mercedem *l. 7. ff. in quib. caus. Sc. l. 24. § 1. ff. locat. non
 in illatis investis, nisi id specialiter convenerit l. 4. ibi in rusticis præ-
 diis ff. in quib. caus. l. 5. C. eod. l. 5. ibi que voluntate dominorum C. de
 Locat. l. 1. ff. de Salv. interd.* IX. Venditor in eo quod vendidit quo
 ad emptor satisfaciatur *l. 31. § 8. ff. de edit. ed. l. 22. ff. de hered. vend.*
 X. Filius ratione bonorum adventitiorum in bonis patris *l. 8. § 4.
 C. de secund. nupt. l. 6. § 2. l. fin. C. de bon. quæ liber.* XI. Civitas in bo-
 nis administratorum *argum. l. fin. C. quo quis ord. conven. lib. XI. Ec-
 clesia in bonis prælati ob administrationem ejus gl. in c. ex literis
 de pign. Neg. p. 2. m. 4. num. 120.* XII. Legatarij & fideicommissarij
 in bonis testatoris pro legato aut fideicommissio consequendo *l. 1.
 C. comm. de legat.* XIII. In fructibus extantibus fundi seu rei pi-
 gnoratæ quos debitor vel heres ejus percepit, *l. 3. C. in quib. caus. pig.*
 XIV. in

XIV. In redempto ab hostibus is qui redemit, nimirum quoad pretium exsolutum fuerit *l. 2. C. de postl revers. l. 15. l. 21 ff. eod. l. 43. in fin. ff. de leg. 1. X. V.* In militia empti si expressè pecunia ad eam mutuata sit *Nov. 13. c. 5. Nov. 97. c. 4. Nov. 136. c. 2.*

XVII. Eandem tacitam hypothecam usuræ vel accessiones harum rerum habent, quam fors principalis *Fanens. de pign. p. 2. memb. 4 nu. 47. § seqq.*

XVIII. Oppignorare possunt rei supponendæ domini *l. 2. l. 6. l. ult. C. si res ali pign. dat. l. 6. C. quæ res pign. oblig. l. 15. § quod dicitur de pign. nec refert, an ipsi oppignorent an alii ipsorum voluntate, ut procuratores sive eis hoc specialiter mandatum & concessum: sive universorum bonorum administratio permessa l. 11. § solutam ff. de pignor. act. l. 37. ff. ad SCtum Trebell.* Et qui dominorum loco habentur ut Emphyteutæ, superficiarii *l. 31. ff. de pign. § ibi Goth. l. 13. § 3. ff. eod. tutores & curatores l. tutelam C. de administ. tut. l. 7. § si tutor ff. pro empt. l. 16. in princ. ff. de pign. act. l. 7. ff. de reb. cor. qui sub tut l. 3. l. 7. C. si alien. res pignor. § c. l. 11. l. ult. ff. de cur. fur. l. 2. C. eod. bonæ fidei possessores l. 18. l. 21. § 1. ff. de pign. administratores Reip. l. 11 ff. eod. Filiifam. item & servi liberam peculii administrationem habentes res peculiares pignori dare possunt. l. 18. § fin. cum l. seq. ff. de pign. act.*

XIX. Per alium utpote tutorem procuratorem &c. pignoris obligatio nobis non acquiritur, adeo ut res procuratori oppignorata nec ipsi nec domino obligata sit, quia sibi non voluit, Domino non potuit acquirere *l. 11. § pen. ff. de pignor. act. l. 13. ff. de donat. l. 13. l. 59 ff. de A. R. D. l. 1. C. per quas person. nob. acquir.*

XX. De rebus quæ pignori possunt dari *JC.* Cajus ejusmodi regulam ponit: Quod emtionem venditionemque recipit etiam pignorationem recipere potest *l. 9. § 1. ff. de pignor. hoc est, res omnes sive mobiles sive immobiles l. 238. § 2. ff. de Verbor. Signif. l. 9. § proprie ff. de pignor. act. § 7. Instit. de act. l. 11. § ult. ff. de pignor. sive corporales sive incorporales: ut nomina creditorum l. 13. § 2. in fin. § ibi Goth. l. 20. ff. de pignor. l. 4. C. quæ res pignor. oblig. poss. l. 18. ff. de pignor. act. jura & actiones l. 1. § 4. C. quæ res pignor. obl. l. 3. l. 7. C. de hered. vend. Ususfructus argum. l. 9. § 1. junct. l. 11. § 2. § ibi Gottb. ff. de*

de pignor. facit l. 72. de R. l. Res nondam existentes quæ futura tamen sperantur ut fructus pendentes & ea quæ nascuntur *l. 1. ff. de pignor. l. 1. C. de part. pignor.* modo res ex quibus nascitura sunt tempore conventionis sint in bonis debitoris *l. potior § 3 ff. qui potior: in pignor.* Res communis pro ea parte qua est obligantis *l. un. C. si res comm. pignor. dat. sit l. 68 ff. pro Soc.* Et quæ bona fide possidemus *l. 19. ff. de pignor.*

XXI. Prohibentur quædam vel quod sua natura oppignorationem respuant: vel quod illam non permittant.

XXII. Natura res commercio exemptæ quæ neque in dominio neque possessione alicujus sunt veluti res sacræ, quæ tamen pignori permittuntur ob redemptionem captivorum & famem egenorum sublevandam *l. 21. C. de S. S. Eccles.* nec non exsolutionem æris alieni *Novell. 120. c. 6. & 7. Auth. hoc jus porrectum C. de S. S. Eccles. Sanctæ, religiosæ & publicæ l. 2. C. de relig. & sumpt. fun. l. 3. C. que res pignor. oblig. poss.* liber homo [excepto casu *l. 15. ff. de capt. & postl. rev. l. 2. l. 15. l. 21. l. ult. C. eod. l. 43. § ult. ff. de leg. 1. l. 20. & ff. qui testam. fac. poss.*] *l. 6. C. que res pignor. l. 12. C. de O. & A. c. 2. extr. de pignor.*

XXIII. Nonnullæ res licet in commercio & bonis nostris sint, legibus pignori dari prohibentur quales sunt servitutes Urbani, *l. 11. § ult. ff. de pignor.* & rustici prædii *Treutler, volum. 2. d. 1. th. 5. H.* instrumenta agriculturæ destinata, servi, boves, aratra *l. 7. l. 8. & Auth. agricultores C. que res pignor. oblig. poss.* res litigiosæ *l. 1. § 2. ff. que res pignor. oblig. poss.* pupillares & minorum *l. 22. C. de administ. tue. l. 1. § 2. ff. que res pignor. oblig. l. 2. l. 20. ff. de pignor. act. dotales l. un. C. de rei ux. act. fideicommissorum relictae l. fin. § 2. C. comm. de leg. feudales c. 1. de prohib. feud. alien. *Gail, obs. 117.* in fructibus feudi aliud receptum *Gail. d. l. Spec. de pignor. § 1. Spes præmiorum l. 5. C. que res pignor. usus rei § item is qui adium Instit. de usu & habit. arg. l. 12. ff. de pignor. Cuj. l. 15. observ. 6.* His annumerantur arma militum *l. 12. § 1. ff. de re mil.**

XXIV. Causa formalis est ipsa conventionis & traditionis forma vel obligationis testamento aut autoritate legis Magistratusve, inductæ modus *Wes. in par. ff. de pign. ff. act. nu. 5.*

Quo

XXV. Quo pacta eaque justa pertinent ut sunt 1. Pactum Cessionis quo paciscitur debitor ni intra certum tempus pecuniam quam mutuam accepit solverit, se re obligata cessurum ut creditor eam communi jure vendat *l. i. C. de pact. pignor. l. i. C. de pign. & hypoth.* 2. Pactum Antichreseos *l. 33 ff. de pignor. act. l. ii. ff. de pignor.* quo conceditur debitori perceptio fructuum rei pignoratae in vicem usurarum legitimum modum non excedentium, eousque donec pecuniam debitor solvat *l. i. § pacto l. ii. § i. ff. de pignor. l. 39. l. 93 ff. de pignor. act. l. 9. § ult. ff. de suppell. leg. l. 14. l. 17. C. de usur. l. oleo C. eod. Gail. 2. observ. 3.* 3. Pactum quo permittitur creditori ut omne id retineat quod ex venditione pignoris redegerit & si vel minimum consequatur eo sit contentus *l. ult. C. de distr. pignor. l. à Divo § si pignore ff. de re jud.* 4. recensetur in *l. 2. C. de pact. pignor.* 5. est ut creditor propria auctoritate possit occupare rem pignori datam *l. 3 & ibi Dd. C. de pignor. l. ii. C. de pignor. act. l. i. C. si in caus. jud. pign. cap. l. 9. C. solut. matr.*

XXVI. Ceterum reprobatur pactum Legis commissoriae in pignoribus scilicet inter debitorem & creditorem, non autem inter debitorem & fidejussorem initum *l. fin. C. de cont. empt.* est verò tale: nisi certa die pecunia solvatur res oppignorata in commissum cadat addicaturque creditori *l. fin. C. de pact. pignor.* nec valet ex intervallo additum *argum. l. 45. ff. de solut. & d. l. fin.* aut juramento confirmatum *c. 7. extr. de pignor. arg. c. 1. de jurej. in 6. c. 58. de R. I. in 6. l. 5. § sed si quis ff. de jurej.*

XXVII. Causa finalis ut creditorem de credito faciamus securum *l. 25. ff. de R. I. Wes. in par. ff. de pign. act. nu. 6.*

XXVIII. Effectus: Ex obligatione hac creditor consequitur eum potestatem pignus persequendi *l. 17 ff. de pignor. actione.* Serviana vel quasi Serviana: tum nisi luatur, jus distrahendi bona fidei *tot. tit. C. de distr. pign.*

XXIX. Fit distractio, debitore non solvente, secundum legem conventionis *l. 7. C. de praesc. 30. ann. l. 4 ff. de pignor. act.* vel, si nihil convenerit aut pactum de non distrahendo adjectum fuerit: (quod quidem pactum nullum valorem habet *l. 7. § ult. ff. de distr. pignor.*)

tribus

tribus vicibus testatò (si liceat) denunciatur creditori, ut pignus
 luat *l. 4 ff. de pign. act. l. 4. l. 6. l. 7. C. de distr. pign. l. ult. § 1. C. de jur.
 dom. impet. l. 18. C. de administr. tut. & inter singulas denunciatio-
 nes aliquod spatium relinquatur: quod alii unius diei alii 10 die-
 rum definiunt *Don. de pign. c. 10. hinc expectato biennio l. 7. C. de
 distr. pignor. distrahitur. Has solennitates si creditor prætermittat
 furti tenetur l. 63 ff. de furt.**

XXX. Actio Serviana quæ & directa, est actio prætorialis realis
 competens creditori ad res in prædium rusticum illatas & pro
 mercedibus & deterioratione fundi sibi expressè suppositas vin-
 dicandum *arg. l. 9 ff. de R. V. l. 16. § 2. l. 21. § 3 ff. de pign. § 7. Inst. de
 action.*

XXXI. Quasi Serviana quæ etiam hypothecaria § 7. *Instit. de
 act. l. 13. § 1. ff. ad SCtum Vell. l. 1. comm. de leg. utilis Serviana l. 4. C. de
 precar. l. 1. C. comm. de leg. nonnunquam simpliciter Serviana l. 3. in
 princ. l. 7. l. 10. ff. de pignor. l. 4. in pr. quib. mod. pignor. vel hypoth. solv.
 l. 42. § sed & ff. de procur. l. 34. § fin. l. 35. l. 66. in pr. ff. de evict. item ab-
 usivè pignoratitia l. 22. ff. de pign. l. 7. § inter ff. comm. divid. l. 3. § est
 autem ff. ad exhibend. l. 19. § ult. in fin. ff. de except. rei jud. datur ad
 vindicandum res inquilini tacite vel alterius debitoris, quocunq;
 modo oppignoratas à tertio possessore d. § 7. *Inst. de act.**

XXXII. Cum autem una eademque res pluribus obligata est
 ut dubitetur cui primario competat actio Serviana vel quasi Ser-
 viana & quis alteri sit præferendus: tunc tenenda regula generalis
 qui prior tempore potior jure *l. 2. l. 3. l. 7. C. qui pot. in pign. l. 8. ff. eod.
 c. qui prior de R. I. in 6. l. 4. C. ad Macedon. locumque sibi vindicat
 non solum in conventionali l. 3. § 1. & tot. tit. ff. qui pot. in pignor.
 Sed & prætorio l. 2. § 3. C. eod. & judiciali l. 10. ff. eod. Gail. 2. observ.
 25. num. 3. non tantum si pure sed & si in diem vel sub conditione
 contractus sit initus l. 9. in pr. & §§ seqq. l. 11. § 1. ff. qui pot. in pign.
 habe. nihilque refert an omnes creditores sint privati an privile-
 giati simul concurrant l. 4. C. qui pot. in pignor. l. 2. C. de priv. fisci l. 8.
 l. ult. ff. qui potior. in pign.*

XXXIII. Interdum quidem & certis de causis posterior credi-
 tor priorem anteit: ut 1. mulier ratione dotis numeratæ præfer-
 tur

tur anterioribus tam expressam quam tacitam hypothecam habentibus l. 29. l. 30. C. de jur. dot. l. 12. C. qui pot. in pignor. Novell. 97. c. 3. Novell. 109. c. 12. non autem extenditur ad reliqua bona extra dotem d. l. 12. § 1. & 2. nec ultra ipsius liberos d. l. 12. Novell. 91. in princ. vers. non in aliis Novell. 61. c. 1. § 4. 2. Pupilli in rebus ipsorum pecunia emptis l. pen. C. de serv. pignor. dat. l. 7. ff. qui pot. in pignor. 3. Qui in morbum aut funus necessarios sumptus erogavit l. 4. C. de pet. her. l. 3. C. de vel. & sumpt. fun. l. fin. § 9. C. de jure deliber. 4. Qui in rei conservationem credidit l. 5. l. 6. ff. qui pot. in pignor. & propterea rem expressè obligatam habet l. 7. C. eod. 5. Qui servum redemit ab hostibus l. 12. § 7. ff. de capt. & postl. revers. 6. Is cujus pecunia res empta & continuo obligata est l. 7. Cod. qui potiores in pign. habeantur. Ultimo hypothecarii Chirographariis semper l. 10. ff. de pact. l. 58. § 1. ff. mand. Col. proc. exec. part. 1. c. 4. præferuntur.

XXXIV. Nunc videndum pignoris nexus quemadmodum dissolvatur: fit verò multis modis 1. Solutione tam naturali totali l. 6. C. de distract. pignor. debiti l. 1. in princ. l. 2. l. 5. § 2. l. 6. in princ. l. 12. § 1. ff. quib. mod. pignor. vel hypoth. solv. l. 49. ff. de solut. quam ficta videlicet donatione vel remissione debiti l. prima § primo, ff. quibus modis pignus solvit. & cautionis redditione l. 2. & ibi Dd. ff. de pact. l. 7. & ibi Goth. C. de remis. pignor. quæ tamen non operatur ultra liberationem pignoris ita ut debitum includat arg. d. l. 7. C. de rem. pignor. 2. novatione obligationis l. 18. ff. de novat. l. 11. § 1. ff. de pignor. act. 3. Si debitor paciscatur ne petat l. 5. in pignor. in princ. ff. quib. mod. pignor. solv. 4. Datione in solutum l. 4. C. de evict. l. 46. ff. de solut. 5. Oblatione l. 6. § 1. ff. quib. mod. pignor. solv. & depositione si pecuniam debitam accipere creditor nolit l. 19. C. de usur. l. 9. C. de solut. l. 1. C. qui pot. in pignor. l. 10. l. ult. C. de pignor. act. 6. Sententia & jurejurando l. 5. § fin. l. 13. ff. quib. mod. pignor. solv. l. 13. § pen. ff. de jurejur. Denique rei interitu l. 8. ff. quibus mod. solv.

XXXV. Solutio pignore oritur actio pignoratitia tam directa quam contraria t. t. C. & ff. de pign. action.

XXXVI. Directa agit debitor ad recuperandam rem pignoratam l. debitor § fin. ff. de pign. act. una cum fructibus l. 9. in fin. l. 22. § 2. ff. eod. l. 1. l. 2. l. 3. & ult. C. eod. & ut damnum dolo aut culpa creditoris datum resarciat l. 13. cum seq. ff. eod. l. sicut C. de pign.

XXXVII. Tollitur hæc longissimi temporis præscriptione,
*l. 10. § ibi Dd. l. ult. ff. de pign. act. l. 2. C. de constit. pec. l. 6. C. quib. non
 obijc. long. temp. præscript. Negus. p. 6. memb. 2. num. 19. § 20. nec datur
 de Jure Civili contra tertium possessorem l. 27 ff. de pign. act. l. fin.
 C. de distr. pign.*

XXXVIII. Contraria agit creditor contra debitorem ad id
 consequendum quod sibi pignoris nomine abest *l. 16. § 1. de pignor.
 act.* Nimirum si necessarias aut utiles impensas fecerit in rem pi-
 gnoratam *l. 8. l. 25. ff. eod.* Si rem alienam supposuerit *l. 9. l. 32. ff. de pi-
 gnor. act. tot. tit. C. si alien. res pign. si deniq; in conventionem credito-
 re deceperit l. 1 § 1. § 2. l. 2. l. 16. § 1. l. 31. l. 36. in pr. § 1 ff. de pign. act.*

Præstantis. & Doctis.


DN. CHRISTOPHORO SCHILLINGIO


Sympatriotæ & Convictori svavifs.


Suppositis, quam non persona, rebus haberi
 Bilbicus queritur sæpè Poëta fidem.
 Et res ipsa probat. Vis paucula mutua? pignus
 Quære, aut pro te sit sponsor agellus iners.
 Si non illud habes, si non hunc, protinus exi:
 Nulla adsunt dubia mutua danda fide.
 Credidit haut tenuem summam tibi juris habendam,
 SCHILLINGI, Nomica cura vocata Dea,
 Ne pensaturum dubitet Te fœnore multo,
 Facturumq; probi quod solet esse viri,
 Hoc de Pignoribus conscriptum, pignora, scriptum,
 Ingenii, pignus ponis, amata Tui.
 Quæritur æstimium deposti pignoris. an non
 Pulcrè hoc conveniens? integer est SOLIDUS.

F.

FRANCISCUS LANGERUS
 Vratislaviensis.








00A 6297

ULB Halle 3
002 927 276




56, f

VD 17

Retro







Inches
Centimetres

B.I.G.

Farbkarte #13

Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black

IA.
B L I C A
26a 1165.
B U S
C I S.
E
Facultatis Ju-
Branden-
V I R I
A N D R I
r u f s:
io J C t o r u m
I L L I N G,
t i s
a n n i,